


ANTOLOGIA DE TEXTOS LLATINS PER 2on DE BATXILLERAT



Autors : I. Canós Villena, A. Martí Borràs, A. Soler i Nicolau, J. C. Simó Artero, C. Torres Chorat, M^a J. Valle Fernández, M. Vidal Riutort .

Coordinador : J.Campillo Galmés.

Introducció

L'assignatura de Llatí de 2on de Batxillerat pretén com objectiu principal que l'alumne conegui i utilitzi aspectes morfològics, sintàctics i lèxics de la llengua llatina, iniciant-se en la interpretació i traducció de textos clàssics seleccionats.

Fins aquí tot està molt clar, però els problemes comencen quan la majoria de vegades els manuals concebuts i elaborats per aquesta assignatura no s'ajusten a la selecció d'autors que ve fixada pel Departament de Llatí de la UIB, i sovint els professors de llatí opten per distribuir entre els alumnes unes fulles amb textos seleccionats segons la teoria explicada a classe i el nivell d'aprenentatge assolit pels alumnes.

És per això que un grup de professors coneixedors de la matèria i conscients del problema decidiren un dia crear una antologia de textos clàssics que s'adeqüi a les exigències establertes i ajudi a l'alumne a dominar les estructures morfosintàctiques del llatí, millorant pas a pas la seva tècnica de traducció.

Aquest manual no és per tant una iniciació a la llengua llatina, tenint en compte que estem al segon any de llatí i que la gramàtica s'ha anat construint a classe de manera sistemàtica des del primer curs de Batxillerat.

L'antologia recull una selecció de textos de Aulus Gel·li, Titus Livi i Ciceró, que consideram més idonis per a que l'alumne pugui practicar els temes gramaticals i sintàctics explicats a classe i afrontar amb èxit la prova de traducció de Llatí de Selectivitat. En principi està pensada per ser treballada a classe amb el professor, però també pot ser utilitzada per un alumne que vol millorar la seva tècnica de traducció fent els textos a casa seva.

A l'hora de publicar aquest treball hem considerat més pràctic el format digital, que permet al professorat modificar els textos a la seva conveniència, afegint o llevant el que consideri oportú.

Perquè de tots és ben sabut que ...

DE GUSTIBUS ET COLORIBUS NON EST DISPUTANDUM.

AULUS GEL-LI, *Nits àtiques* I-X

La dona de Sòcrates

Xanthippe, Socratis philosophi uxor, morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa; irarumque molestiarum muliebrum per diem perque noctem scatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus, interrogavit Socratem, quaenam ratio esset cur mulierem tam acerbam domo non exigeret.

(*Noctes Atticae*, I, 17)

- Construcció personal d'infinitiu "*fertur*"
- L'aposió.
- Interrogatives indirectes
- Participi concertat

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *has intemperies*
4. Futur imperfect i pretèrit plusquamperfect *fuisse*
5. Declina en singular i plural *quaenam ratio*

El primer divorci romà

Seruius quoque Sulpicius in libro quem composuit de dotibus tum primum cautiones rei uxoriae necessarias esse uisas scripsit, cum Spurius Caruilius, cui Ruga cognomentum fuit, uir nobilis, diuortium cum uxore fecit, quia liberi ex ea corporis uitio non gignerentur, anno urbis conditae quingentesimo uicesimo tertio M. Atilio P. Valerio consulibus.

(*Noctes atticae*, IV, 3)

- Subordinada de relatiu
- Subordinada adverbial temporal i causal
- Ablatiu absolut "*Cicerone consule*"
- Aposició

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *rei uxoriae*
4. Perfect i present de subjuntiu de *gignerentur*
5. Declina en singular i plural *uir nobilis*

Arribada a Roma dels textos sibil.lins

In antiquis annalibus memoria super libris Sibyllinis haec prodita est : Anus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum regem adiit nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula; eos uelle uenundare. Tarquinius pretium percontatus est. Mulier nimium atque inmensum poposcit; rex, quasi anus aetate desiperet, derisit.

(Noctes atticae, I,19)

- Subordinada d'infinitiu
- Veu passiva i verbs deponents
- Verbs irregulars: fero, uolo i adeo

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *antiquis annalibus*
4. Present i imperfet d'indicatiu de *adiit*
5. Infinitius de *poposcit*

Comentari d'un passatge de Sal.lusti

Hieme iam decedente apud balneas Titias in area sub calido sole cum Fauorino philosopho ambulabamus, atque ibi inter ambulandum legebatur Catilina Sallustii, quem in manu amici conspectum legi iusserat. Cumque haec uerba ex eo libro lecta essent: "Auaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupiuit".

(Noctes Atticae., III, 1)

- Ablatiu absolut
- Subordinada de relatiu
- Subordinada de *cum* històric
- Subordinada d'infinitiu
- Veu passiva: infinitiu present i plusquamperfet de subjuntiu

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *hieme decedente*
4. Present i imperfet de subjuntiu de *concupiuit*
5. Declina en singular i plural *haec uerba*

Un amic del rei Pirros s'ofereix per a traïr-lo

Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnas prospere pugnasset satisque agerent Romani et pleraque Italia ad regem descivisset, tum Ambraciensis quispiam Timochares, regis Pyrri amicus, ad C. Fabricium consulem furtim venit ac praemium petivit et, si de praemio conveniret, promisit regem venenis necare.

(Noctes Atticae III, 8)

- Cum històric
- Subordinada d'infinitiu
- Plusquamperfet sincopat
- Pronom quispiam
- Aposició

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *quispiam quaequam quodpiam*
4. Futur imperfet i perfet de *pugnasset*
5. Participis de *promisit*

Mort de Mausol. Moments anteriors a la construcció del Mausoleu

Artemisia Mausolum uirum amasse fertur supra omnis amorum fabulas ultraque affectionis humanae fidem. Mausolus autem fuit, ut M. Tullius ait, rex terrae Cariae, ut quidam Graecarum historiarum scriptores, prouinciae praefectus, quem satrapen Graeci uocant.

(Noctes Atticae X,18)

- Construcció personal d'infinitiu
- Subordinada de relatiu
- Infinitiu perfet sincopat
- Valors d'ut
- Aposició

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Present i imperfet de *fertur*
4. Futur imperfet i perfet de *amasse*
5. Declina en singular i plural *quidam scriptores*

Anècdota sobre l'edil Mancini i la cortesana Manilia

Is Maniliae meretrici diem ad populum dixit, quod e tabulato eius noctu lapide ictus esset, vulnusque ex eo lapide ostendebat. Manilia ad tribunos plebi provocavit. Apud eos dixit comessatorem Mancinum ad aedes suas venisse ; eum sibi recipere non fuisse e re sua, sed cum vi inrumperet, lapidibus depulsum.

(Noctes Atticae IV,14)

- Quod causal
- Perfet passiu
- Subordinades d'infinitiu
- Valors de cum

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *eo lapide*
4. Present d'indicatiu i subjuntiu d' *ictus esset*
5. Infinitius de *fuisse*

L'ús de "liberi", per a designar un sol infant, fill o filla

Antiqui oratores historiaeque aut carminum scriptores etiam unum filium filiamve "liberos" multitudinis numero appellarunt. Idque nos, cum in complurium veterum libris scriptum aliquotiens adverterimus, nunc quoque in libro Sempronii Asellionis rerum gestarum quinto ita esse positum offendimus.

(Noctes Atticae II,13)

- Perfets sincopats
- Conjunció cum
- Subordinada d'infinitiu

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *rerum gestarum*
4. Pretèrit imperfet d'indicatiu i subjuntiu de *positum esset*
5. Participis d'*appellarunt*.

Els honors dels primers romans a la vellesa

Apud antiquissimos Romanorum neque generi neque pecuniae praestantior honos tribui quam aetati solitus, maioresque natu a minoribus colebantur ad deum prope et parentum vicem atque omni in loco inque omni specie honoris priores potioresque habiti.

(Noctes Atticae II,15)

- | |
|-----------------------------------------------------------|
| - Grau comparatiu : segon terme i comparatius irregulars. |
|-----------------------------------------------------------|

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *omni loco*
4. Posar tots els compartius i superlatius en grau positiu
5. Declina en singular i plural *maiores*.

Trobada del filòsof Demòcrit amb Protàgoras

Tum forte Democritus, civitatis eiusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophiae gratia venerandus, cum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili facile atque expedite incedentem et prope accedit et iuncturam posituramque ligni scite periteque factam considerat petitque, ut paululum adquiescat.

(Noctes Atticae V,3)

- | |
|--------------------------------------------------------|
| - Aposició
- Conjunció cum
- Participi concertat |
|--------------------------------------------------------|

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *civitatis eiusdem*
4. Futur imperfecte i plusquamperfecte d'indicatiu de *incedentem*
5. Declina en singular i plural *illo genere*.

Resposta a la crítica del discurs de Cató a favor dels rodís

Civitas Rhodiensis et insulae opportunitate et operum nobilitatibus et navigandi sollertia navalibusque victoriis celebrata est. Ea civitas, cum amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est, conixique sunt Rhodienses legationibus Romam saepe missis id bellum inter eos componere.

(Noctes Atticae, VI, 3)

- Gerundi
- Cum...foret
- Ablatiu absolut, tipus Cicerone consule
- Subordinada de relatiu

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *ea ciuitas*
4. Present i plusquamperfet d'indicatiu de *usa est*.
5. Gerundi, gerundiu i supí de *componere*.

Taurus, filòsof reconegut, encoratja els seus deixebles a l'estudi de la filosofia

Philosophus Taurus, vir memoria nostra in disciplina Platonica celebratus, cum aliis bonis multis salubribusque exemplis hortabatur ad philosophiam capessendam, tum vel maxime ista re iuvenum animos expegebat, Euclidem quam dicebat Socraticum factitavisse. "Decreto" inquit "suo Athenienses caverant, ut, qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem pressus esset, ut ea res ei homini capitalis esset".

(Noctes Atticae, VII, 10)

- Aposició
- Cum + indicatiu
- Gerundiu
- Ut + subjuntiu

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Declina en singular i plural *ista re*
4. Futur perfet i imperfet de subjuntiu d'*hortabatur*
5. Participis d'*intulisse*

El rei Filip s'adreça al filòsof Aristòtil per anunciar-li el naixement d'Alexandre

Is Philippus, cum in omni fere tempore negotiis belli victoriisque adfectus exercitusque esset, a liberali tamen Musa et a studiis humanitatis numquam afuit, quin lepide comiterque pleraque et faceret et diceret. Feruntur adeo libri epistularum eius munditiae et venustatis et prudentiae plenarum, velut sunt illae litterae, quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nuntiavit.

(Noctes Atticae, IX, 3)

- Cum causal
- Participi concertat
- Compositos de sum
- Quin + subjunctiu (causal)
- Subordinada de relatiu
- Subordinada d'infinitiu

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Present d'indicatiu i subjunctiu de *natum esse*
4. Temps de present d'*afuit*
5. Temps de perfet de *feruntur*

Cèsar fa detenir Cató en ple discurs

Caesar consul viatorem vocavit eumque, cum finem non faceret, prehendi loquentem et in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit et prosequabatur Catonem in carcerem. Hac, inquit, invidia facta, Caesar destitit et mitti Catonem iussit.

(Noctes Atticae, IV, 10)

- Infinitius presents passius
- Cum narratiu
- Participi concertat
- Gerundi
- Subordinada d'infinitiu
- Ablatiu absolut.

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Present d'indicatiu i futur de *prosequabatur*
4. Infinitius de *destitit*.
5. Declina en singular i plural *hac invidia*

Opinió dels filòsofs sobre l'òrgan de la vista

De videndi ratione deque cernendi natura diversas esse opiniones philosophorum animadvertimus. Stoici causas videndi esse radiorum ex oculis in ea quae videri possunt emissionem aerisque simul intentionem dicunt. Epicurus autem effluere semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum eaque in oculos se inferre atque ita fieri sensum videndi putat.

(Noctes Atticae, V, 16)

- Gerundi
- Subordinada d'infinitiu
- Subordinada de relatiu
- Pronom quidam
- Verbs irregulars inferre, fieri
- Possum

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Present d'indicatiu i futur de *prosequebatur*
4. Infinitius de *destitit*.
5. Declina en singular i plural *hac invidia*

Opinió dels filòsofs sobre l'òrgan de la vista (Continuació)

Plato existimat genus quoddam ignis lucisque ex oculis exire; idque coniunctum continuatumque vel cum luce solis, vel cum alterius ignis luce efficere ut quaecumque offenderit illustraveritque videamus.

(Noctes Atticae, V, 16)

- Subordinada d'infinitiu
- Ut consecuti
- Pronoms quidam i quicumque

1. Anàlisi sintàctica de tot el fragment
2. Traducció
3. Present d'indicatiu i futur de *prosequebatur*
4. Infinitius de *destitit*.
5. Declina en singular i plural *hac invidia*

AULUS GEL·LI, *Nits àtiques* XI-XX

Origen del nom d'Itàlia

[1] Timaeus in historiis, quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de Graeco uocabulo appellatam [esse] scripserunt, quoniam boues Graeca uetere lingua ἰταλοί uocitati sint, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima.

XI, 1, 1

- Oració de relatiu.
- Oració d'infinitiu; infinitius passius.
- Oracions adverbials causals.
- Verbs semideponents.

1. Explica el concepte de verb semideponent; troba'n un exemple dins aquest text.
2. Declina complet el sintagma *oratione Graeca*.
3. Escribe tots els infinitius del verb *scripserunt*.
4. Explica la concordança que s'estableix entre el pronom relatiu i el seu antecedent.
5. Enumera les conjuncions que poden introduir en llatí oracions subordinades causals.

Segons Cató, els homes necessiten disciplina

'Nam uita' inquit 'humana prope uti ferrum est. Si exerceas, coneritur; si non exerceas, tamen robigo interficit. Item homines exercendo uidemus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio.'

XI, 2, 6

- Valors d'*ut* (*uti*).
- Oracions adverbials: comparatives, condicionals.
- Gerundi.

1. Identifica al text un exemple de genitiu partitiu.
2. Explica l'ús dels diferents modes verbals a les oracions condicionals.
3. Conjuga el perfet d'indicatiu actiu i passiu d'*interficit*.

Un discurs de Gai Grac

[1] *Apud Titum Castricium, disciplinae rhetoricae doctorem, graui atque firmo iudicio uirum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium.* [2] *In eius orationis principio conlocata uerba sunt accuratius modulatusque quam ueterum oratorum consuetudo fert.*

XI, 13, 1-2

- Ablatiu de qualitat.
- Adverbis comparatius.
- Oracions adverbials comparatives.

1. Declina complet el sintagma *graui atque firmo iudicio*.
2. Escribeu la 3ª persona del plural de tots els temps d'indicatiu del verb *legebatur*.

Què és el pomeri

[1] 'Pomerium' quid esset, augures populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt: 'Pomerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.' [2] Antiquissimum autem pomerium, quod a Romulo institutum est, Palati montis radicibus terminabatur. Sed id pomerium pro incrementis rei publicae aliquotiens prolatum est et multos editosque collis circumplexum est. [3] Habebat autem ius proferendi pomerii, qui populum Romanum agro de hostibus capto auxerat.

XIII, 14

- Oracions interrogatives indirectes.
- Oracions de relatiu.
- Gerundiu.

1. Passa a activa : *Antiquissimum pomerium Palati montis radicibus terminabatur.*
2. Passa a passiva : *qui libros de auspiciis scripserunt.*
3. Declina complet el sintagma *rei publicae*.
4. Conjuga el present i el plusquamperfet d'indicatiu actius de *prolatum est*.

Testimonis d'un incendi

[2] *Nos ergo familiares eius circumfusi undique eum prosequebamur domum, cum deinde subeuntes montem Cispium conspiciamus insulam quandam occupatam igni multis arduisque tabulatis editam et propinqua iam omnia flagrare uasto incendio.*

XV, 1

- Participi concertat.
- Oració d'infinitiu.
- Oracions adverbials temporals.

1. **Canvia l'infinitiu de present que apareix al text pel de perfet i el de futur, i tradueix les frases resultants.**
2. **Enumera les conjuncions que pode introduir oracions adverbials temporals.**
3. **Declina complet el sintagma *insulam quandam*.**

Mort d'Euripides

[9] *Is, cum in Macedonia apud Archelaum regem esset utereturque eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cena canibus a quodam aemulo inmissis dilaceratus est, et ex his uulneribus mors secuta est. [10] Sepulchrum autem eius et memoriam Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriae quoque loco praedicarent: οὐποτε σὸν μνήμα, Εὐρίπιδες, ὄλοιτό που,¹ quod egregius poeta morte obita sepultus in eorum terra foret. Quamobrem cum legati ad eos ab Atheniensibus missi petissent, ut ossa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo consensu Macedones in ea re deneganda perstiterunt.*

XV, 20

- Participi concertat i absolut.
- Oració d'infinitiu.
- Oracions substantives.
- Oracions adverbials temporals, consecutives.
- Gerundiu.

¹ “Que el teu record, Eurípides, no mori mai”

1. Passa a activa: *Euripides rediens nocte ab eius cena canibus a quodam aemulo inmissis dilaceratus est.*
2. Conjuga tots els temps de subjuntiu de *transferri* en activa i en passiva.
3. Declina complet el sintagma *ea re deneganda*.

Sertori mentia als seus soldats quan ho considerava necessari

[1] Sertorius, uir acer egregiusque dux, et utendi regendique exercitus peritus fuit. Is in temporibus difficillimis et mentiebatur ad milites, si mendacium prodesset, et litteras compositas pro ueris legebat et somnium simulabat et falsas religiones conferebat, si quid istae res eum apud militum animos adiutabant.

XV, 22

- Gerundi.
- Superlatiu.
- Oracions adverbials condicionals.
- Compostos de *sum*.

1. Declina complet el sintagma *istae res*.
2. Conjuga complet el verb *prodesset* i fixa't bé en les seves particularitats.

L'edat dels historiadors Hel·lànic, Heròdot i Tucídides

[1] Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in isdem temporibus fere laude ingenti floruerunt et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. [2] Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus uidetur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc est in libro undecimo Pamphilae.

XV, 23

- Numerals.
- Oracio d'infinitiu.

1. Declina *isdem temporibus*.
2. Conjuga tots els temps de subjuntiu del verb *floruerunt*.
3. Escribe en números romans: 245, 3879, 923.

Diferència entre “comici” i “concili”

[4] In eodem Laeli Felicis libro haec scripta sunt: 'Is qui non uniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non "comitia", sed "concilium" edicere debet. Tribuni autem neque aduocant patricios neque ad eos referre ulla de re possunt. Ita ne "leges" quidem proprie, sed "plebiscita" appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur.'

XV, 27

- Oració d'infinitiu
- Oració de relatiu.
- Oracions substantives.
- Oracions adverbials temporals.
- Ablatiu absolut.

1. Declina complet el sintagma *partem aliquam*.
2. Escribeu totes les oracions de relatiu que apareixen al text i explica les diferències que existeixen entre elles pel que fa al seu antecedent.

Per què els flancs de l'exèrcit es diuen « ales »

[6] Item in libro sexto hoc scriptum est: 'Alae dictae exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraque tamquam alae in auium corporibus locabantur. In legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.'

XVI, 4

- Veu passiva.
- Oracions adverbials modals i causals.

1. Escribeu totes les formes no personals del verb *scriptum est*.
2. Declina complet el sintagma *illa legio*.

Menandre i Eurípides sovint varen ser vençuts als certàmens dramàtics per poetes pitjors que ells

[1] Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et factionibus saepenumero uincebatur. [2] Eum cum forte habuisset obuiam: 'quaeso,' inquit 'Philemo, bona uenia dic mihi, cum me uincis, non erubescis?'

[3] Euripiden quoque M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis uicisse, cum eum saepe uincerent aliquot poetae ignauissimi.

[4] Menandrum autem alii centum octo, partim centum nouem reliquisse comoedias ferunt. [5] Sed Apollodori, scriptoris celebratissimi, hos de Menandro uersus legimus in libro, qui chronica inscriptus est:

Κηφισιεύς ὢν ἐκ Διοπέιθους <του̃> πατρὸς

πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα

ἐξέλιπε πενήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.²

[6] Ex istis tamen centum et quinque omnibus solis eum octo uicisse idem Apollodorus eodem in libro scripsit.

XVII, 4

- | |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <ul style="list-style-type: none">- Imperatiu.- Oracions adverbials temporals.- Oració d'infinitiu. |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

1. Declina complets els sintagmes *hos uersus* i *eodem libro*.
2. Conjuga tot l'indicatiu actiu del verb *uicisse*.
3. Explica la relació temporal entre l'infinitiu i el verb de què depèn.

² Era originari de Cefísia i fill de Diopites; a més va escriure cent cinc obres de teatre, i va morir als cinquanta-dos anys.

El rei Mitrídates parlava vint-i-dues llengües i Quint Enni tres

[1] Quintus Ennius tria corda habere sese dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret. [2] Mitrídates autem, Ponti atque Bithyniae rex inclutus, qui a Cn. Pompeio bello superatus est, duarum et uiginti gentium, quas sub ditione habuit, linguas percullit earumque omnium gentium uiris haut umquam per interpretem conlocutus est.

XVII, 17

- Oració d'infinitiu.
- Oracions adverbials causals.
- Oració de relatiu.

1. Declina complet el sintagma *earum omnium gentium*.
2. Conjuga els pretèrits perfets en activa i passiva del verb *habuit*.

Fets contemporanis de la història de Grècia i Roma (I)

[16] *Bellum deinde in terra Graecia maximum Peloponnesiacum, quod Thucydides memoriae mandauit, coeptum est circa annum fere post conditam Romam trecentimum uicesimum tertium.* [17] *Qua tempestate Olus Postumius Tubertus dictator Romae fuit, qui filium suum, quod contra suum dictum in hostem pugnauerat, securi necauit. Hostes tum populi Romani fuerunt Fidenates atque Aequi.* [18] *Inter haec tempora nobiles celebresque erant Sophocles ac deinde Euripides tragici poetae et Hippocrates medicus et philosophus Democritus, quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus isdem uixerunt.*

XVII, 21

- Oració de relatiu.
- Relatiu de coordinació.
- Locatiu.
- Oracions adverbials causals.

1. Canvia de veu : *Bellum Peloponnesiacum Thucydides memoriae mandauit*.
2. Declina complet el sintagma *qua tempestate*.
3. Conjuga els plusquamperfets en activa i passiva del verb *necauit*.

Fets contemporanis de la història de Grècia i Roma (II)

[28] Circa annum deinde urbis conditae quadringentesimum Philippus, Amyntae filius, Alexandri pater, regnum Macedoniae adeptus est, inque eo tempore Alexander natus est, [29] paucisque inde annis post Plato philosophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posteriorem profectus est; [30] post deinde aliquanto tempore Philippus apud Chaeroneam proelio magno Athenienses uicit. [31] Tum Demosthenes orator ex eo proelio salutem fuga quaesiuit, cumque id ei, quod fugerat, probrose obiceretur, uersu illo notissimo elusit:

'άνήρ' *inquit* 'ό φεύγων καί πάλιν μαχήσεται.'³

XVII, 21

- Verbs deponents.
- Oracions adverbials de *cum* històric.
- Oracions substantives.

1. Fes una llista de les conjuncions que poden introduir oracions subordinades substantives.
2. Segons el que diu el text, calcula quin any va arribar al poder Filip de Macedònia.
3. Declina complet el sintagma *uersu illo notissimo*.
4. Conjuga els presents en activa i passiva del verb *uicit*.

Fets contemporanis de la història de Grècia i Roma (III)

[32] Postea Philippus ex insidiis occiditur; et Alexander regnum adeptus ad subigendos Persas in Asiam atque in Orientem transgressus est. [33] Alter autem Alexander, cui cognomentum Molosso fuit, in Italiam uenit bellum populo Romano facturus – iam enim fama uirtutis felicitatisque Romanae apud exteras gentes enitescere inceptabat – , sed priusquam bellum faceret, uita decessit.

XVII, 21

- Participi perfet de verbs deponents ; participi futur
- Oracions adverbials temporals.
- Gerundiu.

1. Escribe todas las formas no personales del verbo *occiditur*.
2. Declina completo el sintagma *exterarum gentes*.


Fets contemporanis de la història de Grècia i Roma (IV)

[37] Post annum deinde urbis conditae quadringentesimum fere et septuagesimum bellum cum rege Pyrrho sumptum est. [38] Ea tempestate Epicurus Atheniensis et Zeno Citiensis philosophi celebres erant, [39] eodemque tempore C. Fabricius Luscinus et Q. Aemilius Papus censores Romae fuerunt et P. Cornelius Rufinus, qui bis consul et dictator fuerat, senatum mouerunt, causamque isti notae subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti cenae gratia decem pondo libras habere.

XVII, 21

- Locatiu.
- Oracions substantives
- Oració d'infinitiu.

1. Declina completo el sintagma *isti notae*.
2. Conjuga els imperfects en activa i passiva del verbo *mouerunt*.



TITUS LIVI, *Ab urbe condita*

Llibre I

Sobre l'arribada dels troians a una ciutat al sud del Laci

Troia et huic loco nomen est. Ibi egressi Troiani, ut quibus ab immenso prope errore nihil praeter arma et naues superesset, cum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque qui tum ea tenebant loca ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt.

I, 1

- Oració de relatiu.
- Ús de l'ut.
- Gerundiu.
- Participis.

Amuli destrona Numitor i elimina tots els hereus mascles del seu germà.

Proca deinde regnat. Is Numitorem atque Amulium procreat, Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Silviae gentis legat. Plus tamen vis potuit quam voluntas patris aut verecundia aetatis: pulso fratre Amulius regnat. Addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interemit, fratris filiae Reae Silviae per speciem honoris cum Vestalem eam legisset perpetua virginitate spem partus adimit.

I, 3

- Subordinades de relatiu
- Ús del Cum.
- Comparatius.

El cruel Amuli castiga Rea Sílvia per haver engendrat bessons

Vi compressa Vestalis cum geminum partum edidisset, seu ita rata seu quia deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae stirpis patrem nuncupat. Sed nec di nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia vindicant: sacerdos vincita in custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti iubet.

I, 4

- Participis concertats
- Subordinades causals
- Subordinads d'infinitiu.

Mort de Rem i fundació de Roma

Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem vertuntur; ibi in turba ictus Remus cecidit. Volgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adiecisset, "Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea," interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata.

I, 7

- Participis
- Infinitius.

Els romans organitzen uns jocs per raptar les dones dels pobles veïns

Vbi spectaculi tempus venit deditaeque eo mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis signoque dato iuventus Romana ad rapiendas virgines discurrit.(...) Turbato per metum ludicro maesti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii foedus deumque invocantes cuius ad sollemne ludosque per fas ac fidem decepti venissent.

I, 9

- Subordinades temporals.
- Participis.
- Gerundiu.
- Relatiu.

La traïció de la filla de Tarpeu

Sp. Tarpeius Romanae praeerat arci. Huius filiam virginem auro corrumpit Tatius ut armatos in arcem accipiat; aquam forte ea tum sacris extra moenia petitum ierat. Accepti obrutam armis necavere, (...). Additur fabula, quod volgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laevo gemmatosque magna specie anulos habuerint, pepigisse eam quod in sinistris manibus haberent; eo scuta illi pro aureis donis congesta. Sunt qui eam ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset derecto arma petisse dicant et fraude visam agere sua ipsam peremptam mercede.

I,11

- Subordinades de relatiu.
- Ús del quod.
- Ús de l'ut.
- Verbs irregulars.
- Gerundi.

Les dones sabinas s'interposen entre els dos bàndols

Tum Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus passis scissaque ueste, uicto malis muliebri pauore, ausae se inter tela uolantia inferre, ex transverso impetu facto dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres, hinc uiros orantes, ne sanguine se nefando soceri generique respergerent, ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum progeniem. "Si adfinitatis inter uos, si conubii piget, in nos uertite iras; nos causa belli, nos uolnerum ac caedium uiris ac parentibus sumus; melius peribimus quam sine alteris uestrum uiduae aut orbae uiuemus." Mouet res cum multitudinem tum duces; silentium et repentina fit quies; inde ad foedus faciendum duces prodeunt. Nec pacem modo sed civitatem unam ex duabus faciunt.

I,13

- Subordinades de relatiu
- Ús del Ne.
- Verbs irregulars
- Participis
- Infinitius
- Condicionals
- Gerundiu

L'apoteosi de Ròmul

His immortalibus editis operibus cum ad exercitum recensendum contionem in campo ad Caprae paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo ut conspectum eius contioni abstulerit; nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandem pavore postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuum sedem regiam vidit, etsi satis credebat patribus qui proximi steterant sublimem raptum procella, tamen velut orbitatis metu icta maestum aliquamdiu silentium obtinuit. Deinde a paucis initio facto, deum deo natum, regem parentemque urbis Romanae saluere universi Romulum iubent.

I,16

- Subordinades de relatiu.
- Subordinades Temporals.
- Subordinades Concessives.
- Ús del Cum.
- Ús del Ut.
- Infinitius
- Gerundiu

L'únic supervivent dels Horacis mata la seva pròpia germana, quan ella plora per l'enemic.

Princeps Horatius ibat, trigemina spolia prae se gerens; cui soror virgo, quae desponsa, uni ex Curiatiis fuerat, obuia ante portam Capenam fuit, cognitoque super umeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat, soluit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet feroci iuveni animum comploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio simul verbis increpans transfigit puellam. "Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum," inquit, "oblita fratrum mortuorum uiuique, oblita patriae. Sic eat quaecumque Romana lugebit hostem."

I, 26

- Imperatius.
- Participis.
- Relatius.

El càstig del jove Horaci és commutat per un sacrifici

Non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in omni periculo animum, absolueruntque admiratione magis virtutis quam iure causae. Itaque ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmissa per viam tiglio, capite adaperto velut sub iugum misit iuvenem. Id hodie quoque publice semper reffectum manet; sororium tigillum vocant. Horatiae sepulcrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato.

I, 26

- Subordinades relatives.
- Participis.
- Ús del Ut.
- Relatiu adverbials.
- Verbs irregulars.

La història de Lucrecia

Lucrecia, l'esposa de Col·latí, destaca per la seva honestetat

Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde Collatiam, ubi Lucretiam haudquaquam ut regias nurus, quas in conuiuio luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes sed nocte sera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir Tarquiniique excepti benigne; victor maritus comiter inuitat regios iuvenes. Ibi Sex. Tarquinius mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit; cum forma tum spectata castitas incitat.

I, 57

- Participis.
- Ús del Cum
- Ús del Ut.
- Cum ... tum.
- Gerundiu.

Sext Tarquini torna de nit i ataca Lucrecia

Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit. Vbi exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso "Tace, Lucretia" inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emisericis vocem."

I, 58

- Participis concertats i absoluts.
- Imperatius.
- Ús del Cum.
- Condicionals.
- Subordinades Temporals.

Després de contar al seu pare i al seu espós el crim de Tarquini, Lucrecia se suïcida.

Dant ordine omnes fidem; consolantur aegram animi avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus, et unde consilium afuerit culpam abesse. "Vos" inquit "uideritis quid illi debeatur: ego me etsi peccato absoluo, supplicio non libero; nec ulla deinde impudica Lucretiae exemplo uiuet." Cultrum, quem sub ueste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in volnus moribunda cecidit. Conclamat vir paterque.

I, 58

- Indefinitus.
- Relatiuus.
- Gerundi.
- Infinitiuus.
- Interrogatiues indirectes.

Brutus, un nebot del rei, que s'havia fet passar per ximple, jura que matarà Tarquini i tota la seva família per tal d'eliminar la monarquia

Brutus illis luctu occupatis cultrum ex vulnere Lucretiae extractum, manantem cruore prae se tenens, "Per hunc" inquit "castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, vosque, di, testes facio me L. Tarquinium Superbum cum scelerata coniuge et omni liberorum stirpe ferro igni quacumque dehinc vi possim exsecuturum, nec illos nec alium quemquam regnare Romae passurum."

I, 59

- Participis concertats i absoluts.
- Superlatius.
- Infinitius.

Brutus encoratga el poble per vengar l'afrenta de Lucrecia

Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novae atque indignitate homines. Pro se quisque scelus regium ac vim queruntur. Movet cum patris maestitia, tum Brutus castigat lacrimarum atque inertium querellarum auctorque quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos. Ferocissimus quisque iuvenum cum armis voluntarius adest; sequitur et cetera iuventus.

I, 59

- Superlatius.
- Deponents.
- Ús del Ut.
- Ús del Quod.
- Verbs irregularsi compostos.
- Gerundi.
- Indefinitis.

TITUS LIVI, *Ab urbe condita*

Llibre XXI

De l'extensa obra de Livi hem optat per l'episodi de Sagunt i la incursió d'Aníbal cap a Itàlia. Creiem que el llibre XXI és un llibre adient per ser treballat a 2n de batxillerat. Tot i el seu contingut bèl·lic, es pot aprofitar per tractar distints temes com ara:

- Presència de Roma a Hispània.
- Les guerres púniques.
- La figura d'Aníbal.
- Organització política romana (magistratures i senat).

I molts d'altres que poden ser suggerits per la lectura del llibre XXI de *Ab urbe condita*.

Sagunt comença a ser atacada

Dum ea Romani parant consultantque, iam Saguntum summa ui oppugnabatur. Ciuitas ea longe opulentissima ultra Hiberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insula dicuntur mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.

XXI, 7, 1

- Oracions temporals.
- Expressió de la distància

Aníbal ataca Sagunt per tres bandes

Hannibal infesto exercitu ingressus fines, peruastatis passim agris urbem tripertito adgreditur. Angulus muri erat in planiorem patientioremque quam cetera circa uallem uergens; aduersus eum uineas agere instituit per quas aries moenibus admoueri posset.

XXI, 7, 4

- Oracions de relatiu.
- Comparatiu i règim dels comparatiu.
- Participis.

Aníbal és ferit

Vt uero Hannibal ipse, dum murum incautius subit, aduersum femur tragula grauiter ictus cecidit, tanta circa fuga ac trepidatio fuit ut non multum abesset quin opera ac uineae desererentur.

XXI, 7, 10

- Oracions d'ut amb indicatiu.
- Oracions d'ut amb subjuntiu..
- Quin.

Aníbal dóna descans als seus homes

Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal, quia fessum militem proeliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit stationibus ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. Interim animos eorum nunc ira in hostes stimulando, nunc spe praemiorum accendit.

XXI, 11, 3

Nota: ús de militem en sentit col·lectiu.

- Oracions causals (quod, quia, quoniam).
- Gerundiu i gerundi.

Malgrat el descans, els Sguntins no afluixen en les seves tasques

Saguntini ut a proeliis quietem habuerant nec lacescentes nec lacesiti per aliquot dies, ita non nocte, non die unquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab ea parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent.

XXI, 11, 5

- Oracions d'ut.
- Relatiu de lloc.
- Participis present i passat.

Aníbal entra a la ciutat i es desencadena la tragedia

Non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal totis viribus adgressus urbem momento cepit, signo dato, ut omnes púberes interficerentur. Quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso evenu est: cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum coniugibus ac liberis domos super se pisos cremaverunt aut armati nullum ante finem pugnae quam morientes fecerunt?

XXI, 14, 3

Notes: Aquest passatge té una dificultat considerable per als alumnes de 2n de batxillerat, l'hem escollit perquè mostra el desenllaç del setge de Sagunt. Cal remarcar, però, com a ajuda, el següent:

Cunctandum: es sobreentén *esse*, oració d'infinitiu depenent de *ratus*, valor de perífrasi de necessitat (no s'havia de dubtar).

Crudele: sobreentendre *est*.

Necessarium: tant es pot veure un valor predicatiu com l'elisió *necessarium est*.

- Oracions d'infinitiu.
- Ablatiu absolut.
- Oracions interrogatives.

Saqueig de Sagunt

Captum oppidum est cum ingenti praeda. Quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant et in caedibus uix ullum discrimen aetatis ira fecerat et captiui militum praeda fuerant, tamen et ex pretio rerum uenditarum aliquantum pecuniae redactum esse constat et multam pretiosam supellectilem uestemque missam Carthaginem.

XXI, 15, 1

Nota: *Missam (esse)*

- Oracions concessives.
- Oracions d'infinitiu en funció de subjecte.

Després de la caiguda de Sagunt, Aníbal duu soldats a Cartago i en recluta de nous

Tredecim milia octingentos quinquaginta pedites caetratos misit in Africam et funditores Baliares octingentos septuaginta, equites mixtos ex multis gentibus mille ducentos. Has copias partim Carthagini praesidio esse, partim distribui per Africam iubet. Simul conquisitoribus in ciuitates missis quattuor milia conscripta delectae iuuentutis, praesidium eosdem et obsides, duci Carthaginem iubet.

XXI, 21, 12

Nota: *Conscripta (esse)*


- Numerals.
- Oracions d'infinitiu.

El pretor Manli cau a una emboscada.

Cum haec de legatis nuntiata essent et Mutina praesidiumque in periculo esset, L. Manlius praetor ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. Silvae tunc circa uiam erant, plerisque incultis. Ibi inexplorato profectus in insidias praecipitat multaue cum caede suorum aegre in apertos campos emersit.

XXI, 25, 8

- Oracions de Cum històric.
- El participi concertat.



MARC TULI CICERÓ

DEFENSA DEL POETA AULE LICINI ÀRQUIAS (PRO A. LICINIO ARCHIA POETA ORATIO)

Itàlia és plena d'artistes

[III, 5] *Erat Italia tunc plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur quam nunc eisdem in oppidis, et hic Romae propter tranquillitatem rei publicae non neglegebantur.*

- Graus de l'adjectiu
- Veu passiva
- Locatiu

1. Declina *eisdem* en singular.
2. Conjuga l'imperfet de subjuntiu de *colebant*.
3. Forma el participi perfet de veu passiva de *neglegebantur*.
4. Què és *Romae* morfològicament?

Tothom té Àrquias en bona consideració

[III, 5] *Itaque hunc et Tarentini et Regini et Neopolitani civitate ceterisque praemiis donarunt; et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt.*

- Subordinada de relatiu
- Infinitiu concertat
- Compost de *sum*

1. Declina *praemiis* en plural
2. Conjuga l'infinitiu de present veu passiva de *existimarunt*.
3. Quina funció sintàctica fa *qui* ?
4. Quin temps verbal és *donarunt*? És aquesta la forma usual d'aquest temps verbal ?

La ciutadania romana és posada en qüestió

[III, 5/6] *Romam venit Mario consule et Catulo. Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias fuit, eum domum suam receperunt. Sed erat hoc non solum ingenii ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti.*

- Ús de *cum*
- Ús d'*ut*
- Graus de l'adjectiu

1. Declina *virtutis*.
2. Conjuga els participis de *receperunt*.
3. Quina funció sintàctica fan *Mario consule et Catulo* ?
4. Quin tipus d'oració introdueix el *cum*?

Àrquies aconseguen la ciutadania romana

[IV, 6] *Interim satis longo intervallo, cum esset cum M. Lucullo in Siciliam profectus, et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam: quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere, ascribi se in eam civitatem voluit.*

- Ús de *cum*
- Ús d'*ut*
- Subordinada de relatiu
- Construcció d'infinitiu

1. Declina *ea* en plural.
2. Conjuga el pretèrit plusquamperfet de subjuntiu *d'esset*.
3. Quina funció sintàctica fa *cum* ?
4. Quin temps verbal és *scribi*?

L'aspecte legal de la defensa

[IV, 8] *Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius; causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gratti¹, potest? Heracleane esse tum adscriptum negabis? Adest vir summa auctoritate et religione et fide, M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire, non audivisse, sed vidisse, non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines.*

1. Grattius és el promotor de l'acusació contra Arquies per la suposada usurpació de la ciutadania romana.

- Graus de l'adjectiu
- Oració subordinada adverbial condicional
- Interrogatius
- Construcció d'infinitiu

1. Declina *lege* en singular i plural.
2. Conjuga el present d'indicatiu veu activa de *potest*.
3. Què és *amplius* morfològicament?
4. Explica què és i perquè serveix l'enclític *ne*?
5. De quin verb principal depenen els infinitius *opinari*, *scire*, *audivisse*, *vidisse*, *interfuisse* i *egisse* ?

No hi ha cap dubte sobre la ciutadania d'Àrquias

[IV, 9] *An domicilium Romae non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit? An non est professus? Immo vero iis tabulis professus, quae solae ex illa professione collegio praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.*

- Interrogativa
- Oració subordinada de relatiu
- Veu passiva

1. Declina *lege* en plural.
2. Conjuga el present d'indicatiu veu activa de *potest*.
3. Què és *amplius* morfològicament?
4. Explica què és i perquè serveix l'enclític *ne*?

Aprofitament de les lletres

[VI, 14] *Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas: quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines--non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum--fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt?*

- Construcció de gerundi/gerundiu
- Oració subordinada de relatiu
- Participi concertat

1. Declina *omnes* en neutre singular.
2. Conjuga el futur imperfect d'indicatiu de *iacerent*.
3. Quina funció sintàctica fa *ad intuendum* ?
4. Què és *quam*?

Les lletres ens acompanyen tota la vida

[VII, 16] *Nam ceterae neque temporum sunt neque aetatum omnium neque locorum: haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.*

- Verbs deponents
- Locatiu
- Pronoms personals

1. Declina *aetatum* en singular i plural.
2. Conjuga el pretèrit plusquamperfect d'indicatiu de veu passiva de *delectant*.
3. Quina funció sintàctica fa *domi*?
4. Què és *adversis*?

El poder de la poesia

[VIII, 19] *Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt; nos institui rebus optimis non poetarum voce moveamur?*

- Veu passiva
- Oració subordinada de relatiu
- Complement agent

1. Declina *iudices* en singular i plural.
2. Conjuga el futur imperfet d'indicatiu de veu passiva de *respondent*.
3. Quina funció sintàctica fa *quod*?
4. Explica què vol dir en aquest text la paraula *barbaria*.

Relacions del poeta amb coneguts polítics

[IX, 19-20] *Archias et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum praeconium facile patiatur.*

- Graus de l'adjectiu
- Pronoms adjectius indefinits
- Veu passiva
- Infinitiu
- Oració subordinada de relatiu

1. Digues quina és la forma en grau positiu de *durior*.
2. Declina *quisquam*.
3. Què és *mandari* morfològicament i sintàcticament?
4. Conjuga el pretèrit perfet de subjuntiu de veu activa d'*attigit*.

Temístocles, poc modest

[IX, 20] *Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: "eius, a quo sua virtus optime praedicaretur". Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari.*

- Infinitiu
- Ús de *cum*
- Veu passiva
- Quod
- Oració subordinada de relatiu

1. Declina *acroama* en singular i plural.
2. Què és *libentissime* ?
3. Conjuga tots els infinitius de *dixisse*.
4. Funció sintàctica de *cum*.

Amistat entre Enni i Escipió

[IX, 20] *Carus fuit Africano superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore ; at iis laudibus certe non solum ipse, qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proavus Cato tollitur ; magnus honos populi Romani rebus adiungitur.*

- Infinitiu
- Veu passiva
- Oració subordinada de relatiu

1. Declina *iis laudibus* en singular i plural.
2. Quin tipus d'oració és la formada per *putatur* i *esse constitutus*?
3. Cerca informació sobre Enni, Escipió l'Africà i Cató.
4. Explica sintàcticament l'expressió *non solum... sed etiam*.

Reflexió sobre la fama d'Alexandre Magne davant la tomba d'Aquil·les

[X, 24] *Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstisset, "O fortunate", inquit, "adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!" Nam, nisi illi ars illa exstisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset!*

- Oració subordinada de relatiu
- Ús de *cum*
- Subordinada adverbial condicional

1. Declina *secum* en singular i plural.
2. Conjuga el pretèrit perfet d'indicatiu veu activa d'*adstisset*.
3. Cerca informació sobre Alexandre Magne i Aquil·les. On és Sigeu?
4. Explica sintàcticament des de "*o fortunate* fins a *inveneris*".

L'ànima de l'art

[XII, 30] *An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt: consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in omnis terrae memoriam sempiternam.*

- Construcció personal d'infinitiu
- Oració subordinada de relatiu
- Interrogatives indirectes
- Participi concertat

1. Declina *corporum* en singular i plural.
2. Conjuga el pretèrit imperfect de subjuntiu veu passiva de *gerebam*.
3. Què són *expressam* i *politam*?
4. Explica sintàcticament *in gerendo*.

LELI, SOBRE L'AMISTAT

(DE AMICITIA)

Inici de l'amistat entre Ciceró i Leli

I, 1. Q. Mucius augur multa narrare de C. Laelio, socero suo, memoriter et iucunde solebat, nec dubitare illum in omne sermone appellare sapientem. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam, sumpta virili toga, ut, quoad, possem et liceret, a senis latere numquam discederem.

- Infinitiu
- Tipus d'adverbis
- Participi concertat
- Ús d'*ut*

1. Declina *socero suo* en singular.
2. Conjuga l'imperfet de subjuntiu de *possem*.
3. Què és *quoad* morfològicament?
4. Qui són Q. Muci Scèvola i C. Leli?

El perquè d'escriure aquesta obra

I, 3. Itaque tum Scaevola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Laeli de amicitia, habitum ab illo secum et cum altero genero, C. Fannio, Marci filio, paucis diebus post mortem Africani. Eius disputationis sententias memoriae mandavi, quas hoc libro exposui arbitrato meo.

- Ús de *cum*
- Oració subordinada de relatiu

1. Declina *altero genero* en plural.
2. Conjuga el plusquamperfet d'indicatiu de *incidisset*.
3. Funció sintàctica de *quas*.
4. Qui és L'Africà?

El tema a tractar serà l'amistat

I, 5. *Sed, ut tum ad senem senex de senectute, sic hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior; nunc Laelius, et sapiens (sic enim est habitus), et amicitiae gloria excellens, de amicitia loquitur.*

- Ús d'*ut*
- Veu passiva
- Oració de relatiu
- Graus de l'adjectiu
- Participi concertat

1. Declina *sapiens* en singular i plural.
2. Conjuga el futur imperfet d'indicatiu d'*scripsi*.
3. Què és *excellens* sintàcticament?
4. Qui és Cató?

Suportar la pèrdua d'algú estimat és molt dur

II, 7. *Itaque ex me quaerunt, credo item ex hoc Scaevola, quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod his proximis Nonis, cum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, ut adsolet, venissemus, tu non adfuisti, qui diligentissime semper illum diem et illud munus solitus esses obire.*

- Oració subordinada de relatiu
- Ús de *quod*
- Ús de *cum*
- Ús d'*ut*
- Gerundi/gerundiu
- Infinitiu

1. Declina *quonam pacto* en plural.
2. Conjuga pretèrit perfet de subjuntiu de *venissemus*.
3. Què són les *Nonae*?
4. Què és *commentandi* morfològicament i sintàcticament?

Ciceró té en compte l'autoritat dels antics filòsofs i dels avantpassats

IV, 13. *Neque enim adsentior iis qui haec nuper disserere coeperunt: cum corporibus simul animos interire atque omnia morte deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum maiorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt, quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrabantur.*

- Graus de l'adjectiu
- Oració subordinada de relatiu
- Infinitiu
- Ús de *cum*
- Veu passiva
- Oració subordinada adverbial condicional

1. Declina *adsentior* en singular i plural.
2. Conjuga l'imperfet de subjuntiu de veu passiva de *coeperunt*.
3. Forma el participi perfet de veu passiva de *disserere*.
4. Valor sintàctic de *quod*

L'amistat es dóna entre gent de bé

V, 18. *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Neque id ad vivum reseco, ut illi, qui haec subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum.*

- Infinitiu
- Graus de l'adjectiu
- Ús d'*ut*
- Oració subordinada adverbial condicional
- Oració subordinada de relatiu

1. Declina *hoc* en masculí singular.
2. Conjuga futur imperfet de subjuntiu de *disserunt*.
3. Forma el superlatiu de *subtilius*.
4. Declina *communem utilitatem*.

Cal preferir l'amistat a les coses mundanes

VI, 20. *Divitias alii praeponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum hoc quidem extremum est; illa autem superiora caduca et incerta, posita non tam in consiliis nostris quam in fortunae temeritate.*

- Graus de l'adjectiu
- Veu passiva
- Oració comparativa

1. Declina *consiliis nostris* en singular i plural.
2. Conjuga el present de subjuntiu de *praeponunt*.
3. Hi ha algun verb el·ludit?
4. Què és *beluarum* morfològicament?

L'amistat ha d'ajudar en la dissort

VII, 23. *Cumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praestat omnibus, quod bonam spem praelucet in posterum, nec debilitari animos aut cadere patitur.*

- Ús de *cum*
- Veu passiva
- Infinitiu
- Quod

1. Declina *bonam spem* en singular i plural.
2. Conjuga el perfet de subjuntiu de veu passiva de *contineat*.
3. Forma el participi perfet de veu passiva de *debilitari*.
4. Què és *quod* morfològicament i sintàcticament?

L'Amor és el principi de l'amistat

VIII, 26. *Amor enim, ex quo amicitia nominata est, princeps est ad benevolentiam coniugendam. Nam utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur saepe qui simulatione amicitiae coluntur et observantur temporis causa; in amicitia autem nihil fictum est, nihil simulatum, et, quicquid est, id est verum et voluntarium.*

- Oració subordinada de relatiu
- Gerundi/gerundiu
- Veu passiva
- Complement agent

1. Declina *simulatione* en singular i plural.
2. Conjuga l'imperfet d'indicatiu de veu passiva de *percipiuntur*.
3. Forma el gerundi de *coluntur*.
4. Què és *ad benevolentiam coniugendam*?

La verdadera amistat prové de la virtud

XI, 37 *Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris; nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris. Haec igitur lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati.*

- Ús de *cum*
- Oració subordinada adverbial condicional
- Veu passiva
- Complement agent
- Infinitiu

1. Declina *conciliatrix* en singular i plural.
2. Conjuga el present de subjuntiu de veu activa de *fuerit*.
3. Forma l'infinitiu de *facio*.
4. Què és *a virtute*?

La noblesa ha de ser present en l'amistat

XII, 40. *Haec igitur prima lex amicitiae sancitur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus, ne exspectemus quidem, dum rogemur; studium semper adsit, cunctatio absit; consilium vero dare audeamus libere. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas.*

- Ús d'*ut* i *ne*
- Infinitiu
- Veu passiva

1. Declina *quidem* en singular i plural.
2. Conjuga el plusquamperfet de subjuntiu de veu activa de *absit*.
3. Forma el participi de futur de veu activa i passiva de *valeat*.
4. Què és *causa* morfològicament i sintàcticament?

Semblances entre Temístocles i Coriolà

XII, 42. *Quis clarior in Graecia Themistocle, quis potentior? qui cum imperator bello Persico servitute Graeciam liberavisset propterque invidiam in exsilium expulsus esset, ingratae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit, fecit idem, quod xx annis ante apud nos fecerat Coriolanus.*

- Graus de l'adjectiu
- Veu passiva
- Pronoms interrogatius
- Ús de *cum*
- Oració subordinada de relatiu

1. Declina *ingratae patriae* en plural.
2. Conjuga l'imperfet de subjuntiu de *colebant*.
3. Què és *bello Persico*?
4. Qui eren Temístocles i Coriolà?

Els tirans no tenen amics veraders

XV, 52 *Haec enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae.*

- Oració subordinada de relatiu
- Compostos de *sum*
- Infinitiu

1. Declina *nulla caritas* en singular i plural.
2. Conjuga el futur perfet d'indicatiu de veu activa *d'est*.
3. Què és *nimirum*?
4. Què era un tirà a l'antiga Roma, i a Grècia?

És difícil trobar la verdadera amistat en els càrrecs públics

XVII, 64. *Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur; ubi enim istum invenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid? haec ut omittam, quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates, ad quas non est facile inventu qui descendant.*

- Graus de l'adjectiu i adverbis
- Veu passiva
- Oració subordinada de relatiu
- Ús d'*ut*
- Pronom interrogatiu
- Supí

1. Declina *re publica* en plural.
2. Conjuga el pretèrit perfet d'indicatiu veu passiva de *invenias*.
3. Forma el participi perfet de veu passiva de *descendant*.
4. Què és *inventu* sintàcticament?

L'amistat no pot donar-se entre persones massa diferents

XX, 74. *Aliter amicitiae stabiles permanere non possunt. Disparis enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias; nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.*

- Compostos de *sum*
- Verbs deponents
- Infinitiu
- Oració subordinada de relatiu
- Quod
- Oració subordinada adverbial condicional

1. Declina *disparia studia* en singular.
2. Conjuga l'imperfet de subjuntiu de veu passiva de *possunt*.
3. Què és *nisi*?
4. Què és *quod* morfològicament i sintàcticament?

La vida sense amistat no té cap sentit

XXVII, 102. *Sed quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper aliqui anquirendi sunt quos diligamus et a quibus diligamur; caritate enim benevolentiaque oblata, omnis est e vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen semperque vivet: virtutem enim amavi illius viri quae extincta non est.*

- Oracions subordinades adverbials causals
- Participis
- Oració subordinada relativa
- Gerundi/gerundiu
- Veu passiva
- Complement agent

1. Declina *aliqui* en singular i plural.
2. Conjuga el supí de *diligamur*.
3. Què són *oblata i sublata*?
4. Què és *quamquam*? Quin tipus d'oració introdueix ? I *quoniam*?

MARC TULI CICERÓ

Ròmul com a augur

Principio huius urbis parens Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optumus augur fuisse traditur. Deinde auguribus et reliqui reges usi, et exactis regibus nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiae gerebatur. Cumque magna uis uideretur esse et impetriendis consulendisque rebus et monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina, omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebant, ne genus esset ullum diuinationis quod neglectum ab iis uideretur. (CIC. *Div.* I 3)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *reliqui reges*.
4. Conjuga el temps complet de *gerebatur* (també en activa).

Inobservança del deure

Eodemque tempore Ti. Numicius, Q. Maelius, qui tum tribuni pl. erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur. Atque huius deditio ipse Postumius, qui dedebatur, suasor et auctor fuit. (CIC. *Off.* III 109)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *eodem tempore*.
4. *Repudiaretur*: escriu tots els infinitius d'aquest verb.

Esplendor cultural d'Atenes

Tamen ante Periclem, cuius scripta quaedam feruntur, et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis sed iam adultis fuerunt, littera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat et oratoris esse uideatur. quamquam opinio est et eum, qui multis annis ante hos fuerit, Pisistratum et paulo seniore etiam Solonem posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, ualuisse dicendo. (CIC. *Brut.* 27)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *ornatum aliquem*.
4. Conjuga el pretèrit plusquamperfet d'indicatiu actiu i passiu de *ualuisse*.

Els viatges de Verres

Cum autem uer esse coeperat—cuius initium iste non a Fauonio neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosam uiderat tum incipere uer arbitrabatur—dabat se labori atque itineribus; in quibus eo usque se praebebat patientem atque impigrum ut eum nemo umquam in equo sedentem uiderit. (CIC. *Ver.* II, 5, 27).

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *aliquo astro*.
4. Conjuga el pretèrit imperfet d'indicatiu i de subjuntiu de *dabat*.

Els estudis literaris

Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium uoces, plena exemplorum uetustas: quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines--non solum ad intuendum, uerum etiam ad imitandum--fortissimorum uirorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt? (CIC. *Arch.* 14)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina en singular *fortissimorum uirorum* i llavors declina en plural el mateix nom amb el comparatiu de superioritat de l'adjectiu.
4. Gerundi i gerundiu del verb *intueor*.

Segesta

Segesta est oppidum peruetus in Sicilia, iudices, quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca ueniente conditum esse demonstrant. Itaque Segestani non solum perpetua societate atque amicitia, uerum etiam cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. (CIC. *Ver.* II, 4, 72)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *oppidum peruetus*.
4. Enuncia els participis correponents al verb *arbitrantur*.

Quo usque tandem...

Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora uoltusque mouerunt?

(CIC. *Catil.* I 1)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *furor iste tuus*.
4. Conjuga el futur imperfet d' *eludet*.

O tempora, o mores!

O tempora, o mores! Senatus haec intellegit. Consul uidet; hic tamen uiuit. Viuit? immo uero etiam in senatum uenit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes uiri satis facere rei publicae uidemur, si istius furorem ac tela uitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos [omnes iam diu] machinaris. (CIC. *Catil.* I 2)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *fortes uiri*.
4. Conjuga el present d'indicatiu de *fit* i assenyala el supí de *facere*.

Interpretació dels somnis

Sed omittamus oracula, ueniamus ad somnia. De quibus disputans Chrysippus, multis et minutis somniis configendis, facit idem quod Antipater, ea conquirens quae, Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis, sed exemplis grandioribus decuit uti. (CIC. *Div.* I 39)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *exemplis grandioribus*.
4. Conjuga el pretèrit perfet d'indicatiu d' *uti*.

El somni de la mare de Falaris

Matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus uir, auditor et discipulus Platonis, uisam esse uidere in somnis simulacra deorum, quae ipsa domi consecrauisset; ex iis Mercurium e patera, quam dextera manu teneret, sanguinem uisum esse fundere; qui cum terram attigisset, referuescere uideretur sic, ut tota domus sanguine redundaret. Quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobauit. (CIC. *Div.* I 46)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *immanis crudelitas*.
4. Conjuga el futur perfet del verb *referuescere*.

El somni d'Hamílcar

Apud Agathoclem scriptum in historia est Hamilcarem Karthaginiensem, cum oppugnaret Syracusas, uisum esse audire uocem se postridie cenaturum Syracusis; cum autem is dies inluxisset, magnam seditionem in castris eius inter Poenos et Siculos milites esse factam; quod cum sensissent Syracusani, improuiso eos in castra inrupisse Hamilcaremque ab iis uiuum esse sublatum: ita res somnium comprobauit.

(CIC. *Div.* I 50)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *Siculos milites*.
4. Conjuga el present d'indicatiu de la conjugació perifràstica activa d'*inrupisse*.

Tres tipus de somnis

Sed tribus modis censet deorum adpulsu homines somniare: uno, quod prouideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur; altero, quod plenus aer sit immortalium animorum, in quibus tamquam insignitae notae ueritatis appareant; tertio, quod ipsi di cum dormientibus conloquantur. (CIC. *Div.* I 64)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *immortalium animorum*.
4. Conjuga *appareant* en activa i passiva.

Predicció del futur de Midas i Plató

Fiunt certae diuinationum coniecturae a peritis. Midae illi Phrygi, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. Diuitissimum fore praedictum est; quod euenit. At Platoni cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suauitate orationis fore: ita futura eloquente prouisa in infante est. (CIC. *Div.* I 78)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *paruulo dormienti*.
4. Conjuga *consedissent* i la seva forma corresponent en passiva.

Caracterització de l'ésser humà

Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem uocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo. Solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quom cetera sint omnia expertia. (CIC. *Leg.* I 22)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *animal sagax*.
4. Assenyala els infinitius i participis d' *est*.

Concepte dels déus per als perses

Delubra esse in urbibus censeo, nec sequor magos Persarum quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset et domus. (CIC. *Leg.* II 26)

1. Anàlisi sintàctica.
2. Traducció.
3. Declina *hic mundus omnis*.
4. Conjuga *includerent* en activa i passiva.

Els plans de Catilina són evidents

Quid est, Catilina, quod iam amplius expectes, si neque nox tenebris obscurare coeptus nefarios nec privata domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest, si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiorum. Teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia.

CAT. I, 3

Sintaxi: subordinades condicionals. Genitiu regit. Comparatiu. Morfologia: composts de sum. Imperatiu. Verbs deponents. Veu passiva.

1. Declina *consilia omnia*.
2. Conjuga el present de subjuntiu de *potest*.
3. Forma els infinitius d' *erumpunt*.
4. Quin règim verbal duu el verb *obliviscere*? Cita'n dos més que portin el mateix règim.

Actitud violenta dels adversaris de Ciceró contra Fabrici i M. Cispí

Cum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent, impetum faciunt in Fabricium, manus adferunt, occidunt non nullos, vulnerant multos. Venientem in forum virum optimum et constantissimum, M. Cispium, tribunum plebis, vi depellunt, caedem in foro maximam faciunt.

SEST.I, 75

Sintaxi: cum històric. Participi concertat. Aposició.

1. Declina *caedem maximam*.
2. Conjuga *adferunt* en present d'indicatiu.
3. Forma els infinitius de *depellunt*.
4. Fes un esquema dels valors de *cum*.

